



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De Indifferentia circa officia honorifica & gradus. XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

CAT. DE MORTIFICAT. 145
CAPVT XVII.

De Indifferentia circa officia honorifica & gradus.

Qvod præterea Dei seruus circa officia honorifica & gradus, qui in Religione ad Dei obsequium & Religionis bonum, ab ipsa Religione conferri solent, indifferens esse debeat, tam certum est, in hoc periculo erroris negari non possit.

D. Bassi. in Constitut. Monast. cap. 24.
Certe omni ratione pietatis cultor, inquit S. Basilus, ne honores consecratur, ceterisque se proponi velit. Huius rationem adfert alibi in his verbis: Reddere quidem honorem iussi sumus, querere autem honorem vetiti. Ostendens

vero quam graui salutis periculo exponantur, qui ambitionis vitio miserè seruiunt, hoc grauissimè scribit. *Sine dubio, qui in vitij potestate est, is eodem planè cum diabolo malo laborat. Nam, vt paulò infra Ibid. c. 9.* *hæc quoque animi pestis est grauissima, & rerum bonarum exterminatio.*

Idcirco inuenimus multos sanctos vitam non solum hæc honorifica officia non ambiuisse, sed summo studio etiam, cum ea fuissent c. Et, recusasse. Et vt alia oportamus exemp. satis sit, illud adduxisse, quod refert Cassianus de Magno Abbat. *Cass. l. 4. Synaphio* his verbis: *Vidimus Abbatem Institut. synaphium, qui cum esset immanis Cœnobij cap. 20. presby.*

presbyter, quod est in Aegypto, & pro ipsa re-
 verentia vel vita sua, vel etiam, vel Sacerdotii
 eius honorabilis ac venerandus existeret, &c.
 clam fugiens de Cenobio, secessit in Thebaidem
 ultimas partes, ibique depositio habitu Monacho-
 rum, assumpta seculari veste, Cenobium Tanta-
 mensiotarum expetijt, quod sciebat cunctis
 districtius, & in quo se credidit, vel pro lon-
 gitudine regionis ignorandum, vel pro mag-
 nitudine Monasterij, ac multitudine fratrum, si-
 cile posse celari, ubi diuissime pro foris per-
 aerans, ceterorum fratrum genibus prostratus
 ut susciperetur summis precibus exorabat, cui
 huc multo despectu tandem fuisse admissum, qui
 scilicet decrepatus senex, & qui omnem suam
 peruixisset etatem, ingredi Cenobium postula-
 ret, quo tempore iam ne deseruire quidem suam
 voluptatibus praeualeret; ac ne hoc quidem
 causa Religionis eum expetere assererent, sed
 famis & inopiae necessitate constrictum, ut
 nullique operi penitus apto, horti cura, dilige-
 tiaque mandatur, qua sub alio fratre iuniore
 arcens, sic eidem subdebat, ut non solum ea, quae
 ad horti diligentiam pertinebant; verum etiam
 vniuersa officia, quae cunctis erant aspera vel
 digna tota quotidie sedulitate compleret, Cuius
 que ibidem triennio delitescens, dispersis per
 uersam Aegyptum ubique fratribus, quaerere-
 tur, a quodam tandem, quidam de Aegypti partibus
 conuenerat, vix potuit pro humilitate habitum

AT.

DE MORTIFICAT. 147

ac vilitate officij, quod gerebat, agnosci.
 quo vniversi fratres prioris ignorantie veniã
 culantes inuicem ac silentem ad propriũ Cœ-
 nitium reduxerunt: Vbi cãm fuisse modico
 tempore dimoratur, eodem rursus humilita-
 ti desiderio atque ardore succẽsus, ita dffugit,
 in non vicinã prouinciã, sed ignotas & alie-
 nas longe que distitas regiones expeteret. Nam
 ascendens nauem in Palestine partes cõmea-
 nis festinauit; vbi per modico tẽpore delitescẽs,
 abscondi non potuit: Nã continuo quidã
 turum, qui ad loca sancta de Aegypti parti-
 orationis causa, conuenerant; agnitum eum
 summa vi precum ad suum Cœnobium reuoca-
 runt Hzc Cassianus de Pynuphio.

In quo exemplo exprẽse obseruatum
 videtur id, quod S. Basilius ab vno-
 quoque Religioso requirebat his verbis:
 Non modò honores vltro ipse sectari non debet;
 sed ne oblatos quidem admittere, potius que
 recusare atque rejicere, ne consequentis vite
 periculum, presentis honor imminuat.

Vellem quoque cuius Dei seruo firmi-
 ter persuasum esse, serio, cumque intimo
 familiaritatis affectu huiusmodi speciosa
 officia repudiare (Si nulla acceptandi ob-
 gatio à superioribus profecta urgeat)
 non vergere in preiudicium Indiffere-
 ntie, de qua disputamus: Sed potius hac
 affectione ipsam indifferentiam, & plures

D. Basilius
 in const.
 cap. 24.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

alias virtutes mirum in modum auget,
magnique esse meriti, quemadmodum
multi sancti viri, de quorum iudicio ac
perfectiōe dubitari nec potest nec de-
bet, senserunt, suisque exemplis testati
sunt.

Possit verò alicui in mentem venit
rationibus prædictis Religiosum nequa-
quam prohiberi, quò minus ad nonnul-
los gradus in Religione aspiraret, ad il-
los nimirum, qui ipsum ad maiorem cum
Deo & Religione ipsa coniunctionem
iuuent, cumque ad grauiora Dei obsequia
aptum reddant; vel saltem vt nescio quam
notam, quæ ex diuturniori vita sine his
gradibus traducta sibi inuri possit, cau-
dat.

Cui respondeo, vt proprium est seruo-
rum Dei *emulari charismata meliora*, vt
Apostolus, ita potentissimum telum est
(quod vt plurimum diabolus in Religio-
sos vibrare solet) ipsis persuadere, ad ob-
sequium Dei bonumque commune per-
tinere, quod proprius amor, gustusque
nostris priuatus nobis suggerit. Hæc enim
passio velata quasi pannis quibusdam, vt
operis, ita & coloris pretiosi simul & re-
ligiosi, teneriores agrarum radices in animis
nostris, eoque impellit hominem, vt ma-
iori importunitate & audacia, ea quæ sug-
gerit,

perit, procuret: Ex quo ordinariè sequitur, ut cum hoc modo ad gradus altiores aspiramus, amittamus illius gustum, in quo versamur; & quia neque in hoc gradu quietem inuenire, neque alterum, què illicite quærimus, adipisci valeamus; nos ipsos in omnis inquietudinis ac melancholice abyssum sponte præcipitamus, ut maximo nostro damno, aliorumque scandalo illud ipsum in nobis verè experiamur, quod D. Augustinus significat, quando *S. Augustina cum Deo loquitur: Iussisti Domine, & li. 1. confiteor, ut pena sua sibi sit omnis inordinatus animus.*

Considerare quoque deberent isti, nulla re magis hominem decipi, quàm proprio rerum suarum iudicio, præsertim cum circa materiam propriæ existimationis versatur. *Nihil est facilius, quàm seipsum fallere, ait S. Basilius, quod qui que S. Basilius in seipsum beneuolus est Iudex, & que incunda Constit. cap. 21.* non nimium fidit iudicio ac meritis, sed; gradu huiusmodi idcirco dignè reputat, in conspectu Dei atque hominum seipsam reddidit indignissimum.

Quod si cui fortè veniret suspicio, se alijs postponi, ac negligi, neq; cum alijs suo tempore promoueri, (quæ tamè ab hominibus sani iudicij procul abesse debet) ea ipsa

ipsa potius illi stimulus esse deberet viuendi in religione ob amorem Christi, quàm alicuius causa tristitiæ; & incitamentum hoc, vt omnes defectus, qui fortè in ipso animaduertuntur, exuat, moribus ac vitæ integritati comparandæ indies alacrius insistat, seque tum hac, tum alijs consolationibus indies magis digni efficiat.

Sed vt ex his inuolucris verè emergemus, omnino tenendum est id quod S. Basilius dicit, quemadmodum potestatem suam ipse ne ad punctum quidem temporis habere Monachus debet: ita ne cogitando quidem quicquam de se, vel de rebus ad se spectantibus disponere, sed se sicut instrumentum artificis habere debet, quod loco non mouetur, quo positum est, nisi quando & quomodo artifex voluerit. Pari modo cum Religiosus sit quasi instrumentum suæ Religionis, debet ipse, quantum in se est, in illo loco & gradu manere, in quo collocatus est, neque aliam mutationem aut promotionem expectare nisi quando, quomodo & vbi videbitur Religioni suæ, ipsique, qui eam gubernant, in Domino conuenire; quibus deinde incumbit obseruare, quod illis S. Basilius inculcat, cum ait: *qui in familia ceteris prior est, & vniuersis, que facere illos oportet, deservit.*

S. Basl.
in const:
cap. 27.

S. Basl.
Reg. bre.
vior. 303.

DE MORTIFICAT. 131

describit, maiore quadam cum animaduersione
ministrare munus debet, solliciteque, & ut
est, in singulis aduigilet, quo pacto videlicet
conuenienter voluntati Dei & accommodatè
naturam facultatemque vniuscuiusque, ha-
bita communis boni ratione, munera singulis
describat, imperétue. Atq; hoc modo occlu-
sa manebit illa porta, quâ nonnunquâ in-
quietudo magna in Religionem irrepere
solet; E contra verò omnes, qua par est, pa-
trac deuotione Deo famulabuntur.

CAPVT XVIII.

De Indifferentia in Conuersatione.

Quoniam sancta hæc Indifferentia, de
qua agimus, etiam in communi per-
sonarum conuersatione, quibuscum-
que viuimus, locū habere potest, quādo videli-
cet et ipsi indifferenter ac sine vlla nota
particularis alicuius affectus cōuersamur,
visum est mihi huic tractatui adiūgere, ea
quæ S. Basilius de hac materia diuersis in
locis scripta reliquit. Ita ergo quodam lo-
co loquitur. Quoniam autem equali inter se
vicissim charitate amplecti omnes debet, iusti-
tia violatur, quæ si cuiusq; in communi cōuentu
privatæ aliq; coitiones reperiuntur, aut soda-
litates; Qui enim vnum aliquem magis quàm
ceteros diligit, is quod nõ perfectè ceteros dili-
git, de se ipso iudicio est. Quæ circa similiter ex

S. Basilius
serm. de
Institut.
Monach.

